



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Ubaldvs Episc. 19. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

349. (o.)  
**S. UBALDVS Episc.**

19. Maij.

**Quod si oculus tunc scandalizat te, erue eum & projice abs te.**  
Matth. 5.

**Bonum est tibi cum uno oculo invitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.**

Matth. 18.

**U**BALDVS Iesulam unam alteramve fugâ declinavit, tertiam cāmque Eugubii in patria non potuit effugere, Summi Pontif. auctoritate captus. Geminis cœcis cūm oculos restituisset, tertium idem roganti, docuit libenter oculis carcere, qui animum excœcaturi essent. Hostes innumeros patrīam obsidentes omnes egit in fugam, cūm unicum ipse signum crucis explicasset. Pacis ingeniosissimus artifex, contra injurias cautē inexpugnabilis fuit. Sed utriusq; documentum cape. Scissa in factiones geminas Urbs pugnabat in viscera sua. Adebat UBALDVS medius inter saxorum & telorum ictus, cadit

Ys deinde

quindē. Hic verò omnes arma abiecere,  
damnare discordiam, quæ parricidas Cives  
fecisset. Tum deniq; à piè simulatâ morte  
surgere UBALDUS, & partam unius, c<sup>ā</sup>que  
l*indictâ* morte, pacem civibus gratulari. Ul-  
timæ sortis homo & unico suo c<sup>ā</sup>mento  
memorandus, Pontificem in calcis scrobem  
dejecerat, non tam coeno, quam ignomi-  
niâ aspersum. ilicet amici civesq; scelus  
urbe exigere, & ipsas improbi domini ædes  
velle demoliri. At ajebat UBALDUS gravio-  
ri suppicio vindictæ litandum. Se se vin-  
dicem sui, exemplum editum, quod urbs  
miraretur. Interea pro tribunali sedet, adeit  
reus vel se judice nulla non morte dignus.  
Ergo sententiam profert UBALDUS, & inaudi-  
to suppicio reum damnat ad osculum. Non  
multo sanguine, ais, se vindicavit, sed certe  
ut non nemo inquit, rubore multo.

## M E D I T A T I O

Quid aspicere debeamus, ne oculus  
depradetur animam.

**D**uobus cæcis S. UBALDUS oculos resti-  
tuit, tertio, ne morti fenestrā aperiret  
in animam, negavit idem præstare. Ne tu geminas  
fenestrās aperias, disc<sup>ē</sup> quæ aspicienda sint. Aspice  
mundi

380) 391. (392)

mundi calamitates, tot pauperes, afflictos, infirmos  
& morientes. Age gratias Deo, quod mali eadem  
promeritus non patiaris; condole patientibus, &  
crubescet quod ad minima mala tam sis impatiens.

2. Aspice & perpende, quod es, que in mundo sunt,  
foris nisent, introsum misera sunt. Seneca. Purpura &  
aurum quantas tegunt miserias? curas, turbationes,  
animi? &c. Et si modò ridere vides, & ducere in bonis  
dies suos, in puncto ad infernum descendere, si à  
summo bono per transitoria ejusmodi aversi fuerint.

3. Si Spiritu superbiae tentaris, Matrem terram af-  
spice, & dic mater mea tu es, & operimentum meum  
ac convivæ vermes erunt; quique modò super-  
emiri volo, brevi omnium pedibus in sepulchro  
calcabor; quod si verò affligeris, aspice cœlum, ubi  
post lacrimas & miserias bona sempiterna. Illa pere-  
da sunt, que nec inventa transirent, nec adepta deficiunt.  
Gregor.

## S. TORPES Mart.

17. Maii.

*Quæ sursum sunt querite: ubi Chri-  
stus est in dextra Dei sedens: que  
sursum sunt sapite, non quæ super  
terram. ad Col. cap. 3.*

**R**atam avem vides & albo simillimam  
corvo, Aulicum, inquam, plium ex aula  
Neronis.